



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### De Imitatione Christi

Thomas <von Kempen>

Antverpiae, 1607

De informatione patentiae, & luctamine aduersus concupiscentias. 12

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48701](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48701)



nia, paucisque contentari discat, & simplicibus delectari, nec contra aliquod inconueniens mussitare.

## CAP. XII.

*De informatione patientia, & luctamine,  
aduersus concupiscentias.*

**I**Domine\* Deus, vt video, patientia est mihi valde necessaria: Sertius. Heb. 10.  
multa enim in hac vita, accidunt contraria. Nam qualitercumque ordinauero de pace mea, non potest esse sine bello & dolore, vita mea. †Ita est fili. Iob 7. Domini- aus.  
Sed volo te, non talem quærere pacem, quæ tentationibus careat, aut contraria non sentiat: sed tunc etiam æstimate pacem inuenisse, cum fueris variis Iac. 1.  
tribulationibus exercitatus, & in multis contrarietatibus probatus.

2 Si dixeris, te non posse multa pati, quomodo tunc sustinebis ignem purgatorij? De duobus malis, minus est semper eligendum. Vt ergo æterna futura supplicia possis euadere, mala præsentia studeas pro Deo æquanimiter tolerare. An putas quòd homines seculi huius, nihil vel parum patientur? Nec hoc inuenies, etiamsi de-



licatissimos quæsieris . Sed habent, inquis, multas delectationes , & proprias sequuntur voluntates: ideoque parum ponderant suas tribulationes . Esto, ita sit, vt habeant quicquid voluerint : sed quamdiu putas, durabit?

*Pf. 67.* 3 Ecce, quemadmodum fumus deficient abundantes in seculo , & nulla erit recordatio præteritorum gaudiorum . Sed & cum adhuc viuunt , non sine amaritudine & tædio ac timore, in eis quiescunt . Ex eadem namque re, vnde sibi delectationem concipiunt, inde doloris pœnam frequenter recipiunt. Iustè illis fit: vt, quia inordinate delectationes quærunt & sequuntur, non sine confusione & amaritudine, eas expleant.

4 O quàm breues, quàm falsæ, quàm inordinatæ & turpes omnes sunt? Verumtamen , præ ebrietate & cæcitate non intelligunt: sed velut muta animalia , propter modicum corruptibilis vitæ delectamentum , mortem animæ incurrunt . Tu ergo fili , post concupiscentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere. Delectare in Domino , & dabit tibi petitiones cordis tui.

*Eccli.*  
18.

*Pf. 36.*

5. Ete-



5 Etenim si veraciter vis delectari, & abundantius à me consolari: ecce in contentu omnium mundanorum, & in abscissione omnium infimarum delectationum, erit benedictio tua, & copiosa tibi reddetur consolatio. Et quantò te plus ab omni creaturarum solatio subtraxeris, tantò in me suauiores & potentiores consolationes intuenies. Sed primò, non sine quadam tristitia & labore certaminis, ad has pertinges. Obsistet inolita consuetudo, sed meliori consuetudine deuincetur. Remurmurabit caro: sed feruore spiritus frenabitur. Instigabit & exacerbabit te serpens antiquus: sed oratione fugabitur: insuper & labore utili, aditus ei magnus obstruetur.

## CAP. XIII.

*De obedientia humilis subditi, ad exemplum IESU Christi.*

**I**lli, † qui se subtrahere nititur ab <sup>Domi-</sup> obedientia, ipse se subtrahit à <sup>nus.</sup> gratia. Et qui quærit habere priuata, amittit communia. Qui nõ libenter & <sup>Mat. 16</sup> sponte, suo superiori se subdit, signum   
 G 4 est,